

doctos & ignaros rei Theologicæ dictabat in
sua schola & compotationibus) quid expecta-
bimus de posterioribus? Machinas igitur omnes
adhibent, supplicat, plorant: rursum pollicetur
omnia se facturos, modò ne cogatur delicati ho-
mines aulam sequi, quod sumptus nimis gra-
ues, & molestiae subeundæ essent aulicorum mo-
rū ignaris. Alterū eorū postulatū fuit ut reli-
quos articulos absolutos, Rex traderet exami-
nados iudicibus ijs, qui tūc causas hæreticorum
cognoscebāt: & simul de tota Roberti Stepha-
ni causa liberū illis iudiciū permitteret. En verò
laqueos quibus me induere: vel potius foueam,
in quā me intrudere quærebant. Satis enim sci-
tur quām sœuam carnificinam Lysetus cum sua
caterua exercuerit. Cū annuisset quidam, (à cu-
ius nomine consultò abstineo) destinor, Rege in-
scio, victima. Obsignatae dantur literæ, quibus
causa mea deuoluitur ad illos iudices, qui vt spō
te improbi non essent, in eo tamen ini quisimi
erga me futuri erāt, quod intrepidè dānabant,
quencunque Theologi damnandū pronuntias-
sent. Nota erat nefaria in meam perniciem Col-
legii totius cōspiratio & truculentia. Quid igi-